

et tanquam tale consentire facere promiserunt omnes, et quas-  
 cumque personas Jus aliquod super illud habentes, seù quomodolibet  
 habere pretendentes ad requisitionem dicti Reverendi Domini Emptoris, et suorum &  
 litem super eo non inferre, neque inferenti consentire, sed in casu  
 litis movende in se ipsos suscipere, susceptamque prosequi, me-  
 diare, terminare, et finire in primo, secundo, et tertio Judicio tām in peti-  
 torio, quām in possessorio, et in utroque usque ad diffinitivam  
 sententiam omnibus eorum sumptibus & atque & cum omnium, et  
 singulorum damnorum, et expensarum refactione, pro qua  
 unica tantum Intimatio extrajudicialiter. Domi facta ex parte  
 dicti Reverendi Domini Emptoris, et suorum & valeat et plenissimè teneat &  
 et demum de generali, universali, totali et particulari Evictione, et defen-  
 tionem in forma de Jure, et de facto semper, et omni tempore bo-  
 num facere promiserunt, in casu & quia sic & Quam verò  
 Census constitutionem, et creationem, omniaque alia in presenti Instrumento  
 narrata, et expressa pro parte dicti Reverendi Domini Emptoris, et suorum &  
 intelligatur, duraturum esse in perpetuum, quo verò dictorum Venditorum  
 ad eorum libitum, quibus, et suis & liceat semper, et quan-  
 documque videbitur illum redimere, et extinguere pro eodem  
 pretio scutorum decem, et genere monetarum, non obstante  
 quavis tempore longitudine, etiam per spatium centum, et pluri-  
 um annorum solutis tamen omnibus fructibus usque tunc decursis,  
 et non solutis, et dictus Dominus Angelus nomine quo supra teneatur, pro-  
 ut se obligat illum retrovendere, precedente prius Intimatione, seù  
 Disdicta facienda ex parte dictorum Venditorum ante redemptionem  
 huiusmodi Census per duos Menses antea, circa quam redemptio-  
 nem, et reliqua in presenti Instrumento contenta, se se convenerunt,  
 et conveniunt, observandam esse Bullam Beati Pij Pape

Quinti